



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

Ad Evndem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661



AD EVNDEM.

BEATISSIME PATER,

EN Enchiridion, siue Manuale Confes-
sarium, quod S^{an}ctitati tuae octogena-
rius ante circiter decem annos dedica-
ueram, & postea ter in hoc decennio reuisum, &
nunc iam quanto serius, & accuratius, adeo pluri-
bus in locis, quam putabam, emendatum, auctum,
ordinatum, & elucidatum, (ut cuipiam videri
possit nouum) denuo eidem nonagenarius consecro,
supplicando quam humillime sublimitati tuae post
diuinam primam, ut ex alto humilia respiciens, a-
nimo de more sereno, ac benigno suscipere digneris
munus pauper in paupere officina resectum, & ab
Auctore paupere quidem: sed quam dignissimam
pro sua tenuitate concipere potest, reuerentia obla-
tum: quo animosius audeam eidem offerre alia om-
nia opuscula mea simili diligentia recognita, &
lucidiora, utilioraque facta simul typis excusa:
quod propediem me facturum spero in gloriam D.
N. Iesu Christi, qui te suum summum in terris Vi-
carium, Ecclesia sua sancta, quam diutissime ser-
uet incolumem. Amen.